

Dissertatio medica, inauguralis, de physconia splenica ... / [Edward Miller].

Contributors

Miller, Edward, 1760-1812.
University of Pennsylvania.

Publication/Creation

Philadaelphiae : Apud Gulielmum Young, 1789.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/as357wca>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

MILLER, 1789







E.
21964.
DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,

DE

PHYSCONIA SPLENICA.

QUAM,

SUB MODERAMINE VIRI ADMODUM REVERENDI
D. JOANNIS EWING, S. S. T. P.

UNIVERSITATIS PENNSYLVANIENSIS PRÆFECTI;
EX CURATORUM PERILLUSTRIUM AUCTORITATE,

NEC NON

AMPLISSIMÆ FACULTATIS DECRETO,
DEO MAXIMO ANNUENTE,
PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJECTAM SUSTINUIT

EDVARDUS MILLER, M. B.

DE LAVARENSIS,

SOCIETAT. MED. DELAVARENS. SOD.

EJUSDEMQUE A SECRETIS

AD DIEM 23. JULII, HORA LOCOQUE SOLITIS.

L'Impatience du mal, l'amour de la vie, l'horreur de la mort, sentiments aussi naturels que celui de notre existence, firent chercher aux hommes la guérison de leur maux.

DUJARDIN.

PHILADELPHIÆ:

APUD GULIELMUM YOUNG.

M,DCC,LXXXIX.

DISSEMINATIO MEDICAE

IN AVO R A L L S

PHYSIOLOGIA SPLEENICA

JOHANNES

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

D. JOHANNES B. WILSON

CHICAGO, ILL.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

313354

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.



VIRO EXCELLENTISSIMO

JOSUÆ CLAYTON,

ARMIGERO,

REIPUBLICÆ DELAVARENSIS

Presidi

~~PRÆDI~~ DIGNISSIMO,

Ad tantum honoris fastigium,

Meritis, ac virtutibus,

Evecto,

Propter insignem in re medica

Scientiam ac Peritiam,

Et amicitiam erga se singularem;

999
64

JOSEPH CLAYTON

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

7

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

MISSISSIPPI

NEC NON

VIRO CLARISSIMO,

MEDICO CELEBERRIMO,

JACOBO TILTON, M. D.

SOCIETAT. MED. DELAVARENSIS

PRÆSIDI,

SOCIETAT. PHILOSOPHICÆ AMERICANÆ

Socio,

Ob amicitiam intemeratam, qua se,

Ab initio usque studiornm, fuit dignatus,

Et propter magna in se, suosque,

Collata beneficia ;

WEE NON

VIRI CLASSIMO

MEDICO CELLERIMO

JACOB TILTON, M.D.

SOCIETAT MED DILAVARIIS

REAR

SOCIETAT PHILOSOPHICAE AMERICANAE

2010

Continental International, Inc.

at 1010 10th Avenue, New York, N.Y.

La proper magis in le. Indip.

Collata hunc.

D E N I Q U E

V I R O O R N A T I S S I M O

N I C O L A O W A Y, M. D.

S O C I E T A T. M E D. D E L A V A R E N S I S

E C E N S O R I B U S,

S O C I E T A T. P H I L O S O P H I C Æ A M E I C A N Æ

S o c i o,

Virtutibus, quæ civem, hominemque

ornant,

Non minus quam eruditione,

Ac scientiæ amore, insigni;

Artem Hippocraticam

Summa et merita cum laude,

Apud Wilmingtonienses exercenti;

Hanc Dissertationem medicam inauguralem,


Ut Observantiæ summæ testimonium exiguum,

Sacram esse voluit

A U C T O R.

E R R A T A.

Pag.	Lin.	Pro	Inaugularis,	lege	Inauguralis,
5	2		pertinenibus	-	pertinentibus
7	2		seorsum	-	seorsum
—	5		hanc	-	hanc
—	23		sanguinem	-	sanguinem
11	14		subsequuntur	-	subsequuntur
17	18		nimirum	-	nimirum
19	27		sanationem	-	sanationem
20	7		congestionem	-	congestionem
—	21		Quantum	-	Quantum
—	26		Electricitas	-	Electricitas
21	18		præstantissimum	-	præstantissimum
23	7		validissimo	-	validissime
—	19		plena	-	pleno
—	25		ne	-	ut
24	18		timulentis	-	temulentos.
25	26.				



DISSERTATIO MEDICA,

I N A U G U L A R I S,

D E

PHYSCONIA SPLENICA.

INTER morbos, quibus gens humana vexatur, quidam, præ aliis, attentionem medicorum merentur. Ex effectibus, vero, quos edunt, Dolor et Mors, procul dubio, gravissimi sunt. Hinc morbi, quos comitatur dolor acerrimus, et quibus est proclivitas in mortem præceps, humano generi nunquam non terrorem incutiunt; atque hinc homines, omnibus in seculis, medicinam, plus minus, excoluerunt. Hisce quoque morborum effectibus, sævis quidem et lugendis, conatus validiores et indefessos, atque ardorem pene incredibilem ad medicinam promovendam et augendam, debemus; ex his, denique, ut, quodam sensu, tuto affirmare liceat, proveniunt honores omnes, et emolumenta quæ ars nostra salutifera est unquam assecuta.

Et si dolorem lenire, et mortem minus frequentem reddere, sit meta optatissima, atque dignissima, quam Ars Medica attingere possit; tamen alia sunt, eaque gravissima,

ad quæ medicum semper respicere oportet. Mala quibus laborant homines leniora, quæ eos ad vires corporis alacriter & strenue exercendas minus aptiores reddunt; etiam quæ corporis formam justam, pulchram et concinnam viti-
ant; quæ, denique, pro ore rosaceo, et lumine sanitatis purpureo, vultum pallidum et figuræ maciem inducunt; aliaque bene multa, levioris quasi momenti, conatus artis nostræ optimos postulant.

Morbus, de quo nunc agendum est, plerisque saltem in casibus, neque periculum, neque dolorem gravem minuitur. Satis vero amborum aliquando gignit, adeo ut eum attentione medicorum esse indignum, nequaquam concludere liceat^(a). Exempla hujus mali, hac in regione, frequentissima; deformitas fæda quam corpori humano inferre solet; indoles ejus chronica, molesta, atque accumulans; observationes innumeræ quæ ostendunt quam sit pertinax et sanatu difficilis; et denique hoc argumentum accuratius cognoscendi, studium, occasionem dedere, cur id, in præsentia, seligendum putavi.

Quam difficile sit hujus tentaminis argumentum, haud equidem ignoro, neque minus, quam sit mihi curta suppellex ad difficiliora, ea qua par est, perspicacitate, tractanda. Aggressus vero fui, non tam spe illustrandi obscura, consiliove commenta nova proponendi, quam ut probabiliora de quæstione medicinæ dubia perdiscere conarer.

Morbi genus, quod speciem, de qua nunc agitur, inter multas alias sibi invicem dissimiles, complectitur, apud No-

(a) Strack Observ. Med. de Febr. Interm. apud Duncani Comment. Decad. 2. Vol. 2. P. 132.

fologos(*b*) *Physconia* appellatur. De omnibus speciebus, ad hoc genus pertinentibus, tractare, a proposito hujusce dissertationis alienum foret. *Physconiam* vero *Splenicam* peculiarem sibi naturam vindicare, atque idcirco tractationem seorsum mereri, ostendere conabor.

Ex morbis, qui chronici appellantur, non pauci sunt, qui ægre, difficilime, et sæpe infelicitè, a medicis curantur. Mala, enim, quæ a languido humorum motu profluunt, eo lentius et difficilius sanantur, quod omnes simul naturæ vires deficiunt. Quæ, vero, a nimio humorum impetu proveniunt, iis aut mors cita, aut victoria læta, brevi finem imponit(*c*).

D E F I N I T I O.

CELEBERRIMI auctores, *Sauvagesius*, *Linnaeus*, *Vogelius*, et *Cullenus*, *Physconia* et *Hyposarca* titulis, varie, in suis egregiis operibus nosologicis, id genus morbi, cujus hæc est species, de qua nunc agitur, definiverunt,

Definitio Sauvagesiana, viz. “Intumescencia abdominis a partibus solidis, sine graviditate et fluctuatione.”

Ut Vogelio placet, “Intumescencia abdominis longa, a magnitudine, habituve visceris mutato.”

(*b*) Hujus vocabuli Etymologia minime in dubio est. *Physconia* a *ΦΥΣΚΩΝ* ventricosus, derivatur; quod ab *ΦΥΣΑΩ* inflo, deducitur.—*Ptolemæus* *Evergetes* secundus hanc appellationem adeptus est. *Strabo* eum *Physconem* nominat, hoc est *ventricosum*. Erat enim et vultu deformis, et statua brevis, et sagina ventris non homini, sed belluæ similis.—*Justini* Lib. xxxviii. cap. viii.—*Antient Universal History*, Vol. 9. P. 98. Tit. Liv. &c.

(*c*) *Greg. Conspect. Med. Theoret.*

Linnaëana Definitio, viz. “ Abdominis nodosa intumescencia.”

Inter memoratos nosologiæ cultores illustrissimos, nemo hunc morbum tam bene definivit quam doctissimus *Cullenus*, qui characterem suum verbis quæ subsequuntur tradendum curavit. “ Tumor quandam abdominis partem potissimum occupans, paullatim crescens, nec sonorus nec fluctuans.”

Sed in *Physeonia Splenica* ordinanda, his auctoribus clarissimis dissentire cogor.—Pace, itaque, horum, aliorumque haud parvi nominis, quos nemo magis quam egometipse miratur, quod mihi videtur, ea verecundia qua decet, nunc paucis verbis proferam.

Hoc malum ex febribus intermittentibus originem ducere fere semper videtur. Omnium medicorum consensu, qui hunc morbum, hac in regione, frequentissime observant, æque ac observationibus propriis multis, in hoc propositum spectantibus, rem ita se habere, vix dubitare possum. Exempli ejus rarissima, ex aliis causis, ut videri possit, oriundi, ad evertendam opinionem tam verisimilem, haud facile admittere licet. Casus hujusmodi, febribus nimirum intermittentibus non manifeste prægressis, aliquando vidisse, lubenter fateor. Tales vero plerumque ea anni tempestate, scilicet autumno, qua febres nostræ endemicæ grassari solent, oriuntur; et ergo cognationem cum illis plane ostendunt. *Physeoniam* enim *Splenicam* posse provenire ex ejusdem diatheseos minore gradu, quam qui ad febres intermittentes revera inducendas, sufficiat, pro comperto habeo.

His positis, si normis nosologiæ methodicæ obtemperare

velimus, Phylconiam Splenicam, ut speciem morbi distinctam, agnoscere neutiquam licebit. Hoc consilio inductus, et minime mearum virium fiducia suffultus, definitionem, seu potius descriptionem sequentem nunc aggredior.

Februm intermittentium plerumque sequela; tumor in regione Hypochondrii sinistri exortus; paulatim crescens; durus; sæpe indolens; nec sonorus, nec fluctuans; quandoque longe et late diffusus; et diutissime permanens.

H I S T O R I A.

HIC morbus infantes recens natos rarissime occupat; pueros, vero, potissimum a tempore, quo a lacte depelluntur, ad ætatem puberem, sæpissime infestat. Qui pubertatem superaverunt, minorem proclivitatem ad hoc malum quotannis, usque ad annum vigesimum, aut circiter, ostendunt. Ætate proveciores aliquando, sed rarius, vexare solet. Quibus est corporis constitutio debilis, laxa et delicata; et fæminæ multo frequentius quam mares, huic morbo objiciuntur. Qui victu utuntur tenui & parco, & qui variis inopiæ difficultatibus et sordibus premuntur, huic malo maxime fiunt obnoxii. E contrario, qui cibo vescuntur pleno, nutriente et lauto, et qui rebus secundioribus fruuntur, ab illo, aliqua saltem ex parte, expertes vivunt.

Morbus plerumque invadit autumno, vel, ea anni tempestate, qua intermittentes grassantur; quibus fere semper præeuntibus, tumor parvus, et vix induratus, in Hypochondrio sinistro exoritur. Paulatim crescit, & tandem haud raro molem ingentem adipiscitur. Incipiens adhuc et parvus, plerumque parum molestiæ faceffit; aliquando vix percipitur; ingravescente vero morbo, sensationes injucundæ haud paucæ ægroto occurrunt.

Idem, diu, nonnullis in casibus, sine dolore, manet. Tumore, autem, magnitudinem molestem adepto, viscera vicina magnopere comprimuntur(*d*); respiratio, exercitatione potissimum incitata, redditur anhelosa; et si sanguinis circuitus valde incitetur, dolor sed raro vehemens diuturnusve, ægrotuminvadit. Cum vero morbus inveteraverit, sensus gravitatis et tensionis, maxime injucundus, eum sæpe inquietat. Febris levicula, sæpe sub vespere accedens, aliis symptomatibus haud raro adjungitur. Æger febribus intermittentibus obnoxior fit, quæ deinde solito vehementiores et pertinaciores evadunt, tumorem adaugent, et secundæ valetudinis fundamenta ex toto labefactant. Debilitas quoque, languor, lassitudo, torpor, vultusque pallidus et plumbeus, fere semper, sed variis gradibus, hunc morbum comitantur.

Hic tumor, quibusdam in casibus, molem mirabilem adipiscitur(*e*). Illustr. Van Swieten duo exempla memorat, ubi Splen paullatim adauctus est usque ad magnam abdominis partem implendam, et in pelvem etiam prolabendum(*f*). Et M. De La Motte casum recenset hujus mali, adeo tandem ingravescentis, ut spatium, hypochondrium sinistrum inter et axillam, fere totum occuparet(*g*).

(*d*) Casum nuperrime vidi, ubi Physconia Splenica magnitudinem ingentem adeptæ est, et viscera vicina compressit, usque ad Herniam scrotalem inducendam.—

(*e*) *Theoph. Bonet.* rapporte d'après *Hyppol. Boscus*, l'ouverture d'une femme attaquée d'un squirre à la rate, qui s'est étendue tellement accru qu'il remplissoit l'abdomen, & pesoit trente trois livres. La malade avoit porté cette maladie pendant dix-sept ans, vaquant d'ailleurs à ses occupations. Nos histoires sont remplies de pareils exemples touchant lesquels je renvoie pour abréger, à la lecture de *Sebenkius*, du *Sepulchretum de Bonet.* et de la *Médecine Septentrionale*, *Nosologie de Sauvages* Tom. II. P. 295.—

(*f*) Comment. in Boerh. Aphorism. Vol. 9. P. 325.

(*g*) Traité complet de Chirurgie Tom. II. P. 169, 170.—

Symptomata Dyspeptica, eaque haud raro gravissima, et generis etiam pertinacioris, ægrum frequenter vexant. Hypochondriasis, quoque, sæpe oritur a tumoribus in liene aut hepate, qui interdum post febres intermittentes, male curatas, observantur. Hujusmodi tumores liberum sanguinis motum in abdomine plane impediunt, ideoque congestionem producunt(*h*).

Exempla non desunt, ubi Physconia Splenica Hydropem, varii generis, induxisse videtur(*i*) ; rem vero frequenter sic se habere, vix dicere ausim.

Sunt qui credunt hoc malum, paucis in casibus, in schirrum immedicabilem transire, qui tandem, sed raro in carcinoma(*k*) definit, nonnunquam subito lethale, erosio scilicet magnis vasis sanguinem vehentibus, plerumque vero lentam et miserandam tabem, cum febre hectica certissime exitiali, inducturum(*l*).

Hoc malum, quamvis sædum et molestum, aliis morbis, gravioribusque incomitatum, mortem ægroto haud sæpe affert. Et systema forsân nullum morbum tam diu, muneribus vitæ usitatoribus tam parum turbatis, aliquando etiam usque ad senectutem, tolerare potest.—

D I A G N O S I S.

NULLUM morbum, præter Physconias alias, novi, cum quo hic potest confundi. Et si locum, unde tumor exortus est, attente observaverimus, non est in his cur dubitemus.

(*h*) Gregor. Dissertat. Inaug. De Morb. Cæli Mutat. Medend. P. 128.—

(*i*) Illustr. Pringle's Diseases of the Army.

(*k*) Drelincourt. Dissert. Anat. Pract. de Lienosis capt. xiv. Opusc. Om n. P. 763.

(*l*) Conspect. Med. Theoret. Vol. I. P. 401.—

Graviditatem, quoque, quibusdam in exemplis, hunc morbum haud parum referre, nonnulli credunt. Intumescencia vero abdominis gravidæ, ab hypogastrio incipit, opus generationis subsequitur, et partu terminatur. Cervix uteri curatur; fœtus vivus inter quartum et quintum mensem sentitur; et dum catamenia supprimuntur, mammæ, usque ad lactis eruptionem, tumescere solent.—

C A U S Æ R E M O T Æ.

HÆ vero in duplex genus distingui solent. Ad primum genus pertinent causæ, quotquot corpus morbo opportunum reddunt; scilicet ut, admotæ causa excitante, morbum suscipiat. Ad alterum genus pertinent quæ vocantur potentiæ nocentes, vel causæ excitantes; res, scilicet, quæcunque in corpore jam proclivi factæ morbum excitare possint⁽¹⁾.

Inter ea, quæ proclivitatem tantum ad hunc morbum faciunt, recenseri debent ætas puerilis, constitutio corporis debilis, laxa et delicata, vita otiosa et sedentaria, sexus sequior, regio paludosa, victus tenuis et parcus; omnia denique, quæ corpus debilitant, & causis excitantibus affici obnoxium reddunt.

Hujus mali causæ excitantes præcipuæ, fortasse solæ, sunt febres intermittentes & remittentes, varii generis, et atmosphæra exhalationibus palustribus inquinata. Auctores præclaros et omni laude dignos, hanc observationem silentio præterivisse, aut, hac de re, aliter omnino sensitse, ex casibus sequentibus, multisque aliis, qui hic recenseri possent, constare videtur.

(1) Greg. Conspect. Med. Theoret. Vol. I. P. 23.

Un enfant âgé de neuf ans, qui avoit été délivré d'une ascite par les remèdes purgatifs, fut depuis, atteint de très vives douleurs dans le bas-ventre ; enfin, il s'éleva dans l'hypochondre gauche, une tumeur considérable & douloureuse sensible à l'œil, & au toucher. A l'ouverture du cadavre on apperçut, outre plusieurs autres choses, que la rate étoit d'un volume extraordinaire & avoit changé de figure ; qu'elle s'élevoit sur l'estomach & comprimoit le foie ; que sa couleur & sa consistance étoient semblables à celles du foie ; il n'y avoit ni squirre, ni ulcère, ni inflammation ; mais elle étoit obstruée & engorgée par le sang, qui y abordoit en plus grande quantité qu'il n'en sortoit(k).

Dans un enfant mal gouverné par sa nourrice, qui, au lieu de lait, lui faisoit manger des choses indigestes pour son âge, il se forma une grande quantité d'un suc lent & visqueux, qui remplissoit tellement la capacité étroite des vaisseaux de la rate, que ce viscère, qui étoit prodigieusement gonflé, distendoit tout l'abdomen, & causoit une maigreur universelle : l'obstruction ayant été levée & la surabondance des sucs diminuée, la rate se desinfla si manifestement, qu'il parut plus clair que le jour, que cette tumeur ne étoit pas tant occasionnée par la mauvaise conformation, que par la surabondance des alimens(l).

Physonia Splenica, his in exemplis, ex febribus intermittentibus provenisse, haud equidem dicitur ; febres vero istiusmodi prævisse, aut malum in regione paludosa, his simul grassantibus, vel autumnis, atmosphaera exhalationibus palustribus inquinata, ortum esse, minime abnegatur. Et quicumque secum reputaverit, quoties hoc malum ab intermittentibus manifeste originem ducit, et quam raro

(k) (l) *Nosologie de Sauvages* Tom. 3. P. 255.

ab aliis causis, ei satis patebunt rationes, quæ nos in hanc sententiam cogunt. Tamen fateri oportet, multum adhuc requiri, ut hæc opinio pro certa et stabilita doctrina recipiatur. Vera et certa forsan haud mihi contigit novisse; at veritatem summo studio indagavi; et vero similia, ut speratur, affecutus sum. “Sequimur, enim, probabiliora; nec ultra quod verisimile occurrit progredi possumus, et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia, parati sumus” (*m*).

C A U S A P R O X I M A.

CUM sit plenissima, et perfectissima proxima causa, quippe quæ presens morbum facit, sublata tollit, mutata mutat; summa diligentia conandum est, ut hæc res clare elucescat.

Priusquam vero ad causam proximam tradendam progrediamur, pauca sunt præmittenda de splenis fabricatione, de variis et miris modis, quibus natura provida operam dedit ad motum sanguinis per hoc viscus retardandum, et de proclivitate ad hoc malum necessaria, quæ exinde nascitur.

Splenis fabricam sive texturam, laxam, teneram et permollem(*n*) esse; et ei majorem sanguinis copiam, quam aliis visceribus, pro rata parte, deferri(*o*), a Physiologis omnibus, hodie conceditur. Quam proclivis sit, ad turgendum, ab intumescencia ejus, vacuo ventriculo, naturaliter et constanter oriunda, quæ tamen, post pastum, in minorem molem statim redigitur, colligere licet(*p*).

(*m*) Cic. Disput. Tusculan. Lib. 2. —

(*n*) Haller. Prim. Lin. Physiol. Vol. 2. P. 99.—Hewson. apud Duncani Comment. Vol. 1. P. 100.

(*o*) Haller. ibid. (*p*) Ibid.

Arteria Splenica, ab Cæliaca oriens, multo amplior *(q)* est, pro ratione et molis et ponderis hujusce visceris, quam in aliis partibus observatur; tunicis etiam iis aortæ crassioribus instruitur *(r)*; et sanguinis per eam motus, propter cursum ejus serpentinum, et parietum duritiem raram, lentissimus evadit *(s)*. Vena Splenica *(t)*, et tela quoque ejus cellulosa *(u)*, fabricam, multo quam in aliis visceribus molliorem et ad distensionem aptiorem, ostendit.

Difficilis sanguinis transitus ad Hepar per *venam portæ*; at, præ omnibus, lentior ejus motus, per splenem ipsum, propter auctam vasorum, prout in ramos dividuntur, capacitatem, quod hoc in viscere insigniter obtinet *(w)*; his omnibus attente consideratis, causæ retardationis potentissimæ apparebunt.

Sanguis, in vena splenica, liquidissimus reperitur *(x)*; et fere nullam ad coeundum proclivitatem ostendit.

Hæc, quicumque rite consideraverit, is bene perspiciet, labore quam strenuo natura conata est motum sanguinis per hoc viscus retardare; et simul illi persuasum erit talem retardationem maxime necessariam esse, ad consilia gravissima in œconomia humana perficienda.

Ratio fluiditatis, quæ tam insigniter in sanguine splenico obtinet, a motu ejus tardissimo petenda est. Hæc remora eum longius a pulmone cohibens, istam ad coeundum proclivitatem, quæ ab circuitu per pulmonem provenit, minuire videtur.

(q) Haller. Prim. Lin. Physiol. Vol. 2 P. 99.

(r) Ibid. *(s)* Ibid. *(t)* Ibid. *(u)* Ibid. 101. *(w)* Ibid.

(x) Ibid. 102.

“ Aeris ad sanguinem extra vasa aditum, ejus coagulationem promovere, neutiquam dubitandum est; cujus rei nullam explicationem eo tentabo, quod ad propositum nostrum veram eam et observatam esse, sufficit. Tenuem quoque pulmonum membranam non sufficere ad mutuam aeris et humorum inter se actionem prohibendam, constat (*y*); unde sanguinem, qui pulmonalem circulum transfluxit ad coeundum, cæteris paribus, sanguine, qui illic mutationem non subiit, promptiorem esse, colligimus; ergo sanguinem, omni in exemplo, ubi, Pro brevi etiam temporis spatio, beneficiis ab circuitu per pulmonem oriundis, privatur, fluidum dissolutumque esse, necesse foret; quæ conclusio innumeris observationibus nititur (*z*): ita sanguis venosus, quam arteriosus, licet hic majori motui quam ille objicitur, minus tamen ad coeundum proclivis est (*a*). Incisis submerforum corporibus, liquiditas in sanguine insignis reperitur; venæ portæ sanguis, etiam minus quam venosus, ad coeundum promptus est (*b*); sanguis in embryone quam in matre fluidior est (*c*). Somniculosorum animalium sanguis per totam hyemem tenuis dissolutusque permanet (*d*), quia circumfluxio quædam sine respiratione aliquamdiu conservatur(*e*)”.

His rebus præfatis, ad causam hujus morbi proximam

(*y*) Vide Halesii Hæmastat. Priestly's observations on Air, &c. &c.

(*z*) Vide Lond. Med. Transact. Vol. 3. P. 9. Dr. Langrish's Phys. Exper. on brutes P. 66. 145. Vide Greg. Horstii junioris op. tom. 1 P. 136. 142. In homine fumo carbonum necato. sanguis fuit solutus. Sagar 555. Morgagni de caus. et sed. morb. Lib. ii Exp. xv. P. 131 &c.—Bonet. Sepulchret. Anat. Lib. ii, Sect. i obs. xviii &c.

(*a*) Dr. Stevenson Med. Ess. Edin. Vol. 5. part. ii 332.

(*b*) Prælect. Celeberrim Prof. Monro.

(*c*) Martini Lister. Dissertatio de Humoribus cap. i, 14.

(*d*) Lister—MacLurg's Treatise on the Bile. Hewson, &c.

(*e*) Dissertat. Inaug. M'Donnell 1784.

reddendam, tandem progredimur. Eam, vero, ex humoribus congestis, et languido et impedito eorum per splenem motu, constare, omnibus satis innotuit.

Retardationibus, quas natura sanguinis motui hic imposuit, probe consideratis, hoc malum, nostris in regionibus palustribus, frequentissime occurrere, nil est cur miremur.

Causa proxima sic posita, ad modum indagandum, quæ hæc congestio, & motus sanguinis languidus provenire possint, nunc progredimur. Congestio, ex humoribus in vasa splenica accumulatis et impactis (*e*), vel ex iis in telam reticulatam vicinam effusis (*f*), plerumque oritur. Utramque causam, multis saltem in casibus, conjungi, satis verisimile videtur.

Exemplis in levibus et incipientibus, fluidorum coacervatio et impactio sola fortasse in vitio sint. Cum vero malum inveteraverit, et molem enormem sit adeptum, effusionem, et quidem copiosissimam, accedere, minime in dubio esse videtur. Argumentis quæ subsequuntur, in hanc sententiam ducor.

Imo. Moles magna, et pene incredibilis, quam hic tumor nonnunquam adipiscitur, nos vetat, eam tribuere ulli

(*e*) Dilatatio, *Ευρυμία*, cum parietes cavitatis, nimium inter se distantes spatium iusto capacius circumscribunt. Obtinere potest in quibuscunque cavis corporis, majoribus, minoribus, quorum parietes distensionem admittunt. Oritur autem, si contenta materies majore vi in latera agit distendendo, quam hæc superare contra nitendo queat. Quo facit congesta uberior moles, volumen expansione auctius, impeditus trajectus, impetus advectorum enormis; parietum robur imminutum, aut eorum, quibus a foris fulciuntur, ablatio.

Gaub. Instit. Patholog. Med. P. 85.

(*f*) *Αναστομία*, quæ hic vocatur ostii cavitatis, quod admittit aut emittit, immodica laxatio. Unde fit, ut plus aut aliud quid, quam lex sanitatis exigit, introeat, exeatve. Efficere hanc eadem possunt, quæ dilatationem.

Gaub. Instit. Pathol. Med. P. 85.

vasorum distensionem, quam parietes, salva integritate et circulatione vitali, admittere possunt.

2do. Subita diminutio et sanatio, qualem hoc malum aliquando suscipiat, nisi effusio pro vero admittatur, explanationem accipere non potest (g).

3tio. Vasorum lymphaticorum in telam Splenis reticulatam hiantium, frequentia insignis; et sanguinis rubri ipsius deprehensio in vasis istis lymphaticis, eum per has vias transire posse, clare demonstrat (h).

4to. Ex analogia quam præbet Phlogosis. Effusio, hic, Culleno Illustrissimo teste, magnam morbi partem facit. "The tumour, (inquit ille) which appears in inflammation may be imputed, in part, to the congestion of fluids in their proper vessels; but is owing chiefly to an effusion of matter into the adjoining cellular texture; and, accordingly, tumours seldom appear but in parts adjoining to a lax cellular texture (i).

5to. Liquiditas sanguinis insignis, quæ hoc in viscere observatur, eum facillimum effusu proculdubio reddit.

Quandocunque malum ex humoribus in vasa propria tantum impactis, nascitur, sedem congestionis præcipuam

(g) Vir excellentissimus, Dr. Clayton, qui Reipublicæ Delavarensi, summa cum dignitate et virtute, hodie præsidet, sequentem casum mihi mittendum per literas, nuper curavit. A. B. Vir, quadraginta annos, aut circiter natus, Physconia Splenica, magnam abdominis partem occupante et febribus intermittentibus, pertinacioribus et frequenter redeuntibus, proveniente, viginti annos, vel amplius, laboravit. Correptus Cholera violentissima, et exinanitionibus copiosissimis, plures dies continuatis debilitatus, fere ad extremum reductus est. Convalescens, tandem, Physconiam Splenicam ex toto evanuisse attentius deprehendit. Dehinc tamen a morbo liber vixit, et adhuc, post plures annos vivit.

(h) Hewsoni Epistola ad Dr. Haygarth, apud Duncani Comment. Vol. 3. P. 91.

(i) First Lines of the Practice of Physic, Vol. I. P. 229.

venæ præbent, quippe quæ, in hoc viscere, mollissimæ, et ad distensionem aptissimæ sint. In his quoque vis a tergo parva, et contractio muscutorum vicinorum et in cumbentium parum efficere potest (*k*).

Quædam corporis conditiones morbosæ, partem causæ proximæ haud parvam faciunt, et hoc malum sæpe multo frequentius et pertinacius reddunt. Præter obstructionem, quæ iter humorum splenicorum impedit, languescit sæpe sanguinis universi corporis motus, imprimis ob debilitatem, torporem, defectum irritationis, veluti exercitationis; si cubi vel vires deficiunt, vel non, ut decet, excitantur, aut excitari possunt (*l*).

P R O G N O S I S.

IN eventu hujus morbi præfagiendo, ad ægrotantis ætatem; ad regionem quam incolit; ad corporis constitutionem, siue debilem et laxam, aut robustam; ad morbi tempus; et denique, ad vitæ genus; medicum semper respicere oportet. Si vires vitæ, senio, et morbis prægressis fractæ et exhaustæ sint, præsagium felix vix deduci potest. Regio paludosa malum multo pertinacius reddet, et depulsum sæpe revocabit.— Constitutio corporis laxa, proclivitatem ad hunc morbum perpetuam, et sanationem difficiliorem facit. Quo diutius malum permanferit, eo difficilius est plerumque sanatu. Vitæ genus otiosum, sedentarium et deses, fere semper ad morbum confirmandum augendumque, magno opere confert.

(*k*) Quicquid causa fuerit, quod sanguis languidius movetur, malum in venas maxime incumbit; vimirum, quia in his sanguinis motus semper tardior est. Hinc varices venarum, et congestiones sanguinis, præsertim in iis partibus, quarum venæ valvis carent, et in quibus motus muscutorum sanguinis cursum juvare nequit. — Conspect. Med. Theoret. Vol. I P. 252.

(*l*) Conspect. Med. Theoret. Vol. I. P. 251.

Ætate provectiore, vis nervosa imminuitur; partes corporis solidæ indurescunt; et hinc vasa minutissima coarctantur, et tandem concluduntur; et motus, et distributio fluidorum maxime impediuntur. Hæc omnia Physconiam Splenicam confirmant, et spem sanationis, magna ex parte, adimunt. Sed juveni vegeto, ad exercitationem prompto, et cætera sano, plerumque prosperam sanationem polliceri licebit.

R A T I O M E D E N D I.

S U M M I S viribus eniti, ad cohortem morborum, qui insanabiles habentur, minuendam, munus est splendidissimum, et utilissimum, quo ars nostra salutifera fungi possit. De ægroti salute desperare, quia mala hujusmodi plerumque cedere nolint, medico sapiente, et qui nihil humanum a se alienum putat, minime est dignum. Hæc ad ægros derelinquendos proclivitas, maximam Medicinæ injuriam intulit, artem nostram debilem et ignavam reddidit, et opprobrium medicorum, per omnia sæcula, existit.

Consilia, autem, medendi sunt,

- I. Causas remotas tollere.
- II. Humorū congestiones, expedire, motumque eorum languidum atque difficilem excitare.
- III. Corporis totius habitum depravatum corrigere, tonum viresque idoneas systemati reddere.
- VI. Morbum recidivum arcere.

I. Quantum ad primum consilium attinet, ei accomodantur remedia roborantia omnia, qualia ad febres intermittentes et remittentes medendas, nusquam non exhibentur. Inter hæc, Cortex Peruvianus primum sibi locum vindicat.

Vires hujus remedii præstantissimi, tam late, & quidem universaliter innotescunt, ut de iis, hoc in loco, disserere, vix sit opus.

Prohibuerunt auctores clarissimi, et, inter alios, Cullenus venerandus ipse, Corticem Peruvianum adhibere, ad febres intermittentes medendas, existente simul congestione firma in visceribus abdominalibus(*m*). Hæc opinio, ex erroribus Pathologiæ Humoralis, proveniens, quantumcunque apud medicos olim recepta, hodie pene exolevit. Et medici maximi nominis, Corticem Peruvianum ad febres intermittentes summovendas, nulla fere ad Physconiam Splenicam ratione habita, quotidie adhibent(*n*).

2. Secundo consilio accomodantur Remedia Roborantia & Srimulantia, fere innumera; quæ, inter se, tum quod ad cæteras et magis manifestas dotes, tum maxime quod ad vires suas medicinales, admodum diversa sunt. Inter hæc, sequentia, in nostrum propositum, feligenda putavi.

1. Emetica. 2. Cathartica. 3. Mercurius. 4. Electreitas
5. Ferrum. 6. Cortex Peruvianus. 7. Vinum. 8. Balneum Frigidum. 9. Exercitatio. 10. Frictio. 11. Cæli mutatio.

Emetica, in hujusmodi malis prodesse videntur, partim stimulo suo, ventriculo admoto, perque consensum cum aliis partibus communicato, partim vehemente agitatione et

(*m*) The Bark may be employed with safety at any period of Intermittent Fevers, providing that at the same time, there is neither a phlogistic diathesis prevailing in the system, nor any considerable or fixed congestion present in the abdominal viscera.

First Lines, Vol. 1. P. 207.

(*n*) Dr. D. Monro's Observat. Illustr. Pringle's Diseases of the Army. Dr. Saunders on the Bark.—Cleghorn's Minorca. Lind on Hot Climates.

inverso motu ventriculi et superioris partis intestini, partim demum ingente pressura, quæ, inter vomendum, a septo transverso musculisque abdominis valide contractis, omnibus quæ in abdomine continentur partibus datur (o).

Vomitiones, quoque, motum sanguinis, in abdomine, sæpe languidum, variis modis haud parum expediunt, partesque affectas probe excitant et agitant.— Vomitiones autem, non modo per abdomen sanguinis motum promoven-
vent, ejusque viscera stimulant, sed totum genus nervosum quodammodo excitant, & partim hoc stimulo, partim magnis nixibus et agitationibus quas efficiunt, pulsus festinant, motumque sanguinis per totum corpus accelerant, et simul æqualem ejus distributionem efficiunt, congestiones aut distributiones abnormes tollunt, et actionem vasorum absorbentium intendunt.

Exemplum genu ex magna synoviæ accumulata copia tumefacti, profert accuratus Cruikshank. Magna quantitas salis tartari, pro solubili tartaro errore data, vomitum per quadraginta octo usque horas violentem concitabat. Vomitu finito, postquam ægri stomachus, ex medicamento inflammatus, cito sanus fiebat, tumor genu fere omnino dispersus reperiiebatur (p).

Ægroto, curæ Joannis Hunter commisso, bubo erat, adeo provectus ut in animo esset, die sequente, eum aperire. Æger interea navem ascendit, ubi nausea correptus, abunde admodum vomuit. Bubone penitus evanescente, auxilii chirurgici nil indiguit (q).

(o) *Conspect. Med. Theoret.* Vol. 2 P. 445.

(p) Cruikshank's Letter to Clare P. 166.

(q) *Dissert. Inaug.* Winterbottom. 1781.

Cathartica. Alvi autem purgatio, plena faltem et valida si fuerit, non modo res omnes quæ in intestinis continentur, expellit, sed per stimulum medicamenti iis admoti vis nervosæ derivationem abdomen versus efficit, motumque sanguinis per omnia hujus viscera promovet, et actionem vasorum absorbentium excitat atque intendit (s).

Mercurius. Hoc remedium præstantissimum eo modo et consilio feliciter adhibetur, ut vasa sanguifera et absorbentia levi vel nullo ptyalismo excitato, stimulet; sic, enim optime cavetur, ne ægrotantis vires consumantur. In hunc finem Pilul Mercur. Ph. Edin. eligendæ videntur, præ salibus e mercurio paratis, quippe quæ per alvum se præcipitare solent.

Electricitas. Quantum subtilissima hæc atque mobilissima aura polleat ad schirros discutiendos, ad promovendam rerum variarum absorptionem, etiamque ad callos ossium luxuriantes amovendos, fere omnibus notum. Animalium corpora non modo velocissime pervadit, sed simul validissimo stimulat, sensumque in partibus sentientibus, motumque in partibus musculosis, mirabiliter excitat. In cursu sanguinis languido per vasa minutissima expediendo, vires mirandas ostendit. Cel. Abbas Nollet, qui ingeniose admodum plurima in electricitatis doctrina investiganda, experimenta fecit, aquam guttatim e tubo insulato decidentem, electricitate adeo accelerari, ut plena flueret cursu, perspexerit (t). Hoc experimentum ad vegetabilia et animalia transtulit, quorum perspirationem auctam invenit. (u).

(s) Conspect. Med. Theoret. Vol. 2 P. 464.

(t) Mem. de L'Academ. Royale pour 1758 Vol. 2 P. 241.

(u) Ibid. 248.

Observandum, quoque, est, hoc remedium, utcunque validum, parum sæpe prodesse, nisi large adhibitum fuerit; diuque continuatum (v).

Ferrum. Hoc inter præstantissima et tutissima eorum remedium, quæ vi gaudent tonica, merito recensetur. Medicamentum ubique fere paratum, vix longiori usu notitum, tantulaque portione ad infirmatum hominem efficiendum efficax, haud mediocrem opem ægrotantibus promittit. Devorari potest, vel in particulas minutas limando tritum, vel ad formam rubiginis per humorem et trituram redactum.

Cortex Peruvianus. Nobilissimi hujus remedii usus beneficia maxima in genus humanum contulit. Ex quo genuinus ejus effectus in corpus humanum innotuit, vix ullus quidem, debilis laxæque fibræ soboles, se prodit morbus, quin ad eum illico decurratur. Sed ex repugnantia mira, et quidem perniciofa, quam medici tam diu et pertinaciter ostenderunt, ne Corticem Peruv. experirentur, ad Physconiam Splenicam medendam, malum id, omnino mite et fugax, cum sit rite tractatum, in morbum immedicabilem haud raro mutavit (w).

Vinum. Omne genus vini, et magis adhuc meraciores

(v) Greg. Couspect. Med. Theoret. Vol. 2 P. 303.

(w) This tumour (Physconia Splenica) when large and obstinate, is he thinks, by no means free from danger. When it admits of cure, this, he thinks, is to be effected by the Peruvian Bark; because its origin and increase depends on the intermittent fever. And while neither internal aperients, nor ointments applied externally, are of any avail, by the use of the Bark it will, he affirms, be completely resolved, if it be not of long standing. And he even alleges, that by long continuance of the Bark, he has known very large tumours of the spleen totally dissolved.

Cel. Strack. Observ. Med. de Feb. Intermitt. apud Duncan's Comment. Decad. 2 Vol. 2 P. 131.

illi latices, *Spiritus destillati* dicti, corpori stimulo sunt certissimo, et gratissimo, & sæpe saluberrimo. Et istiusmodi jam remedia (ubicunque stimulo interno et generali opus est) a medicis multo largius præscribuntur quam olim fieri solebat, et quidem cum insigni ægrotantium commodo*.

Balneum Frigidum. Usus balnei frigidi, pro remedio roborante, tam sæpe præscribitur, ejusque saluberrimi effectus in plurimis morbis tam bene jam sunt noti, ut nemo medicorum de iis dubitare possit.

Exercitatio. Idonea corporis exercitatio, pro remedio roborante, omni laude major est. De modis variis, quibus profit, utpote omnibus satis notis, non hic est locus dicendi. Pro ægroti viribus atque consuetudine, mitiora vel violentiora exercitationis genera præscribenda sunt.

Labor improbus, et assiduus, inter remedia hujus mali efficacissima, primum fortasse sibi locum vindicat. Hinc occupationes quædam, actionem musculorum validam et fere perpetuam postulantes homines iis deditos, et inde victum quærentes, a morbis hujusmodi, immunes præstare, plerumque observantur(y). Et experientia satis constat, hoc malum iis præcipue incumbere, qui vitam ignavam et sedentariam degunt.

Si æger hujusmodi labores, et corporis exercitationes vehementiores, veluti ambulationem, gladiatoriam, cursum, saltationem, et similia, tolerare nequit; tunc tentanda sunt

* Observationibus accuratissimis constat, timulentis rarissime hoc malo laborare.

(y) La Nature est juste envers les Hommes : elle les recompense de leurs peines ; elle les rend laborieux, parce qu'a de plus grands travaux elle attache de plus grandes récompenses.

mitiora exercitationum genera, quæ scilicet gestationes vocantur. Inter gestationes, equitatio, cæteris omnibus longe præstat; actio enim musculorum haud exigua in ea requiritur, sed adeo levis, et ita variata, ut etiam valde infirmis, iisque qui plane ambulare non possent, tolerabilis, et grata, et valde salutaris fiat. Longa itinera, in regiones salubres equitatione peracta, in hoc malo magnopere profunt. Ægro, vero, neque ad hanc optimam gestationem valenti, mitiora præscribenda sunt gestationis genera, et maxime gestatio in rheda, et navigatio, quæ revera sæpe quam optime profuerunt.

Frictio. De hujus utilitate, in Physconia Splenica tractanda, minime ambigitur. Viribus musculorum opitulari videtur, et certe sanguinis cursum juvat, et actionem vasorum resorbentium multum promovet.—Frictionem in tumorem ipsum dirigere, et eam validissime adhibere, semper oportet. Usus Unguenti e mercurio, ad partem inter frictionem defendendam, et simul ad corpus universum hoc remedio imbuendum, minime a consilio medendi alienus foret.

Cæli Mutatio. Ex observationibus innumeris satis patet dispositionem ad multos morbos ex statu cæli et aeris provenire. Ratio ergo suadet, multos morbos, ex cæli intemperie ortos, cæli mutatione præcaveri & sanari debere. Nec aliter res se habet. Plurimi enim morbi, nullis aliis remediis domandi, tempestate vel cælo mutato sponte evanescent, aut levantur. Et omnes medici, tam veteres quam recentiores, in hoc consentiunt, cæli mutationem multum esse auxilii in variis morbis, vix aliter medendis.

3. Ad tertium nostrum medendi consilium respondendum,

multa quæ sub secundo consilio comprehensa sunt, in usum revocanda. Idoneus cibus, vina generosa, exercitatio assidua, cortex peruv, cæteraque amara, ferrum, balneum frigidum, et cæli mutatio, atque omnia denique quæ corporis tonum augent, neque ventriculo sunt aliena.

4. Ad quartum, ultimumque consilium, jam ventum est, morbum recidivum nempe arcere.

Hoc optime præstabit eorundem remediorum continuatio, quæ sub tertio consilio recensuimus; et præcipue, cibus idoneus, vina generosa, exercitatio crebra, balneum frigidum, atque in regionem patria salubriorem, migratio.

Nihil amplius mihi restat, Dissertatiunculæ huic jam finem imposituro, quam ut almæ huic Academiæ, unde tot et tanta beneficia accepi, optima voveam. Diu floreat, scientiæ decus, patriæque, rebus in adversis, præsidium.

Denique, liceat mihi, Professoribus hujusce Academiæ illustribus, meritas agere gratias. Ob insignem, in arte propria, peritiam, et in omni literarum genere, scientiam; ob benevolentiam et urbanitatem, in Medicinæ studiosos demonstratam, quantas sibi laudes collegerint, nemo est, qui non audivit. Quantam delectationem a prælectionibus eorum eruditis, quantumque fructum, ipse perceperim, semper meminisse juvabit. Scientiam Medicam ornare atque excolere diu pergant; sint florentes, sint honoratissimi, sint beati.

multa que secundum consilio consistunt sunt, in ultimis
revertenda. Idemque cibum, vix generalis, et restrictio ad
libum, correctum perit, ceterisque sumis, libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Ad quod non, inveniuntur consilia, iam videntur esse
modum rationum neque artem, et tunc vix.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

Hoc consilio, quodlibet rationem rationum rationum
est, quod libum rationem rationum, et perit, et
libum, vix generalis, restrictio ad libum, libum
frigendum, et tunc mutatur, et tunc omnia designantur cor-
poris formam agere, neque videretur iam aliis.

